Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2837
Quelle:
Copyright:

ſeraſſet hocque donum melliſluum ſuis fidelibus plurimis contuliſſet, ut pro veritate ſua predicta contra Regem Sigismundum regem pretenſum vngarorum veritatis prefate inimicum usque ad mortem ſe exponerent agonizarent et decertarent et deo fauente aduerſus ipſam beſtiam bellum obtinerent &c. Ex acerbitate in *Sigismundum* colligas Tractatum hunc, qui totus in refutandis circa Eucharistiam erroribus est, intra annos 1420 — 35. elaboratum fuisse.

Membrana *Codicem* anterius ambiens partem Commentarii in *Eclogas Virgilianas* Sec. XIV. ſcripti exhibet; posterius ambiens Conceſſio eſt *F. Bartholomaei Veneti Prioris Gen. Ord. Eremitar. S. Auguſtini*, qua *Albertum de Egra* ejusque conjugem *Claram* participes facit omnium Meritorum praedicti Ordinis. Data *Herbipoli in generali capitulo Anno Domini MCCCLXXXXI. decima die menſis Maii.*

DCCLXXII.

619 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. nunc 379. 4. initio mulctatus fuit olim *Wenceslai Roſſii* noti Sacerdotis *Bohemi* et complectitur *Sermones* ſacros in diverſa Textus Biblici Loca, inſertis, aut margini adjectis Gloſſis *bohemicis*, additoque ad calcem Locorum praedictorum Indice, quibus omnibus immorari operae pretium non eſt, niſi quis in Dictiones *Bohemicas* adcuratius inquirere velit. Ceterum eſt, quod miremur, tot olim *Codices mſſ.* in unius privati Sacerdotis Scriniis fuiſſe.

DCCLXXIII.

Codex chartaceus germ. Sec. 144
XVI. Folior. 265. f. continet XXIV. Sermones *Auguſtae Vindel.* per Triennium infra Octavam Feſti Theophoriae ad populum habitos hoc Titulo: *Vier vnd zwaintzig ſchöner Predigen vom hailigen Sacrament des Altars welche zite drey vnderſchidlichen Jaren in der Genaden wochen Järlich acht Dürch den Hochglerten Herren Gregorium Roſephum Toumprediger zue Augſpurg gepredigt ſein wordenn.* Omnium horum Sermonum Thema eſt illud *Joh.* 6. *Hic eſt panis qui de coelo deſcendit.* De Autore *Gregorio Roſeſſio* S. J. alumno, oratore aetate ſua percelebri, et Eccleſiaſte Auguſtano vide, quae tradit *Ign. Agricola* in *Hiſt. Provinciae S. J. Germ. ſuper. Aug. Vindel.* 1727. f. Obiit *Roſeſſius* a. 1623.

DCCLXXIV.

Codex chartaceus germ. Sec. 227
XVI. Folior. 78. f. continet *Sermones* duos *Auguſtae Vindel.* habitos in Templo *D. Joannis* prope Eccleſiam Cathedralem a *Gregorio Roſephio* S. J. Sacerdote et Eccleſiaſte Cathedrali, in nocte, quae diem paraſceves antecedit, et ipſo paraſceves die. Prioris initium eſt: *Souil guetter anraitzung haben wir gottgeliebten Chriſten*